


riali præscriptione, iuxta l. 41. *Tauri*. Molina de *Primogenijs lib. 3. cap. 13. num. 50. & 51.* Paz de *Tenuta cap. 27. & cap. 52. ex num. 42.* Castillo tom. 3. *controvers. cap. 24. num. 35.* D. Larrea *decis. Granat. 56. num. 2.* Idem Noguero *allegat. 31. num. 18.* Ergo in nostro casu heredi instituto in tali testamento competet beneficiū dictæ legis finalis, si quidem testamenti perfectio, aut ex scriptura constat, aut ex depositionibus testium, & in utroque casu iudiciū præambulum admittitur ad publicationē prædicti testamenti.

23 Neque obstant contra hanc conclusionē argumenta supra tradita, non primū, nam & si fateamur instrumentum testibus comprobatum nō habere executionem paratam, tamen testamentum probatum testibus exequi debet, non in vim instrumenti, sed in vim testamēti, quia testamentum non requirit scripturam, & instrumentū ad perfectionem illius, sed ad probationem faciliorem, unde testamentum nuncupativum solis testibus probatū valet, l. 4. tit. 2. part. 6. Et in hoc casu heredi in illo instituto dabitur possessio, non

ex instrumento testibus probato, sed ex testamento, & dispositione ultima testatoris testibus comprobata, quod est distinctum. Ultra quod iudiciū possessorium adipiscendæ capax est iudicij præambuli, ut tenent Menochius, Personalis, Argel. Scaccia, Azevedus, Villadiego, & Noguero supra citati.

27 Ad secundum respondet Menochius num. 97. Scaccia *limit. 9. num. 75.* esse differentiam quando testamentum infirmatur patenti vitio, & quando testamentum comprobatur testibus, qui à vitio quod opponebatur, erat occultum, hoc non obest, illud sic. Ultra in nostro casu nullum vitium adest, sed perfectum ratione voluntatis supponimus, unde licet non solemne, & completum exequi debet, quia solemnitas suppletur, & ita mitti heres in possessionem debet, præcedente prius iudicio super valore testamenti, si imperfectū appareat ex ipsa scriptura, aut si scriptum non sit, aut denique si dubium fiat ex contradictione alicuius interesse habentis.



CAPUT V.

DE TESTAMENTO IMPERFECTO
ratione voluntatis minimè sustinendo, nec quo ad perfectè disposita; & quid si contineat clausulam Codicillarem, & utrum legata in eo scripta valeant de iure Regio, & de interpretatione legis iubemus, C. de testamentis, cum lege si quis cum testamentum. 25 ff. de testamentis.

SUMMARIUM.

Testamentum imperfectum imperfectione voluntatis invalidū est, quo ad institutionem, & quo ad omnia in eo contenta, & reducitur ad causam intestati 1. 2. & 9. l. iubemus 29. C. de testamentis, l. 2. ff. de heredit. instituend. l. cum pater. 79. §. vicos. ff. de legat. 2. traduntur, & interpretantur, 3. 4. 5. & 29. L. si testamentum 8. C. de institut. & substit. & l. quoties, §. tantumdem, ff. de heredit. instituend. antinomialiter referuntur, 6. & 7. Testamentum inter liberos non

completum valet quantum ad ipsos, corrumpit tamen quantum ad extraneos. 8. Testamentum imperfectum ratione voluntatis quare invalidum sit. 10. Testatus pro parte, & pro parte intestatus, quis decedere non potest. 11. Testandi actus si nō sit perfectus, potest testator addere vel mutare. 12. Imperfectum dicitur quod nondū absolutum est. 13. Testamētū est quid individuum, & non valet pro parte. 14. Forma ex consummatione operis consistit. 15.

Actum nihil dicitur donec aliquid
supereft agendum. 16.

Contractus perfectio confistit in
conclufione omnium pacto-
rum. 17.

Testamentum imperfectum ratio-
ne voluntatis invalidum est,
quamvis Princeps in eo haeres
institutus fit. 18.

Princeps legibus solutus est quo
ad vim coactivam, quo ad di-
rectivam tamen legibus tene-
tur Princeps. 19.

Clausula Codicillaris nihil ope-
ratur in testamento imperfe-
toratione voluntatis, & ubi
voluntas deficit. 20.

L. fin. vers. Illud quoque, C. de co-
dicillis, & l. in testamento, ff.
de fideicommiss. libert. tra-
duntur. 21. & 22.

Clausula codicillaris operatur ut
contenta in testamento nullo
ex defectu solemnitatis de-
beantur ab intestato. 23.
& 24.

Testamento imperfecto ratione
voluntatis nec legata susti-
nentur iure regio. 25.

Imperfecta dispositio valet, qua-
do facto venientium ab inte-
stato impedita fuit perfectio
testamenti. 26.

L. 4. tit. 7. part. 6. traditur. 27.
Testantem qui prohibet ne teste-
tur, vel vim intulit testatoris,
ut cum heredem instituat,

quibus penis subijciatur re-
missive. 28.

L. iubemus 19. C. de testamentis
interpretatur. 29. & 31.

Separatorum separata debet esse
ratio. 30.

Testator qui conditiones adijcere
decrevit, & non adiecit vide-
tur penitusse. 32.

Testator qui heredem instituit
sub conditione postea declara-
ta, & vult institutionem sine
conditione non valere, si morte
praeventus non addidit, vel non
expressit, pro nulla habetur
dispositio, & institutio defi-
cit. 33.

L. fin. C. Familiae erciscunda, &
l. hac consultissima, §. ex im-
perfecto, C. de testamentis de
imperfectione solemnitatis lo-
quantur. 34.

Parentibus inter liberos sine so-
lemnitatibus testari lice-
bat. 35.

Testamentum inter liberos indu-
ctum est favore liberorum, &
quidquid extraneis relinqui-
tur liberis accrescit. 36.

Duplicem conclu-
sionem probari
ex responso Iavo-
leni in l. si quis cum testamentum
25. ff. de testamentis dictum est
supra cap. 3. primam scilicet,
testamentum voluntatis ra-
tio-

tione perfectum, validum
esse, & sine solemnitatibus
sustineri in casu dictae legis,
tradidi dicto in capite: se-
cunda autem, quod testa-
mentum imperfectum ratio-
ne voluntatis invalidum sit,
& nihil ex eo debeat, hic
exornanda venit.

Et in primis, quod quan-
do voluntas testantis est im-
perfecta, quia alia dicere vo-
luit, & non dixit testamentum,
ut imperfectum imperfectio-
ne voluntatis invalidum sit,
non solum quo ad institu-
tionem, sed quo ad omnia in
eo contenta, & quod redu-
catur ad causam intestatis,
ex decisione dictae legis in
verbis, ibi: Magis cepisse cum
testamentum facere, quam fecis-
se. Et ibi: Itaque primos heredes
ex eo testamento non futuros, com-
munis est Doctorum opinio,
quae probatur etiam ex l. ex
ea scriptura, ff. de testamentis, l.
fideicommissa, §. quoties, ff. de le-
gat. 3. l. furiosum, C. qui testamēt.
fac. poss. Et tenent Gloss. &
omnes repetentes in d. l. si quis
cum testamentum. Guiliel. de
Cuneo in l. fin. C. Familiae ercisc-
cū de. Curt. Iun. in l. hac consul-
tissima, §. ex imperfecto, C. de te-
stamentis n. 4. ubi Marc. Anton.
Natta n. 139. & cons. 164. n. 26.

Ruinus in l. Gallus, §. idem cre-
dendum in fin. de liber. & posth.
Nœvius in sistema ad d. l. 25. n.
1. Ioan. Dauth. in comment. de
testamēt. fol. mihi 527. Syl-
vius Augustin. Spanoch. de
novi oper. nunciat. lib. 3. nu. 82.
Decius cons. 159. in fine. Sigif-
mund. Lofred. cons. 14. n. 65.
Rim in. Iunior cons. 254. n. 4.
vol. 3. Menoch. cons. 45. n. 28.
vol. 1. Vivius opin. 339. Iulius
Clarus, §. testamentum q. 7 n. 5.
Fachineus lib. 4. controversiarū
cap. 4. Paschalis de virib. patr.
potest. part. 2. c. 8. n. 59. Marta
de success. legal. part. 4. q. 1. art.
7. Gracianus discept. forēs. cap.
764. per tot. Menchaca de suc-
cess. creat. lib. 2. §. 22. limit. 12.
n. 6. vers. secundus casus. Em ma-
nuel Suarez commun. opin. lib.
18. tom. 2. litt. T. Rodericus
Suarez in l. quoniam in priori-
bus, C. de inof. testam. quest. 4.
Antonius Gomez in l. 3. Tau-
ri num. 18. & 105. Covarru-
bias in cap. relatum num. 9. de
testam. Molina de iust. & iur.
disp. 127. Flores de Mena in
addit. ad Gam. decis. 347. num. 1.
Cabreros de Metu lib. 2. cap.
20. num. 46. vers. 6. Capitius
Latro decis. 140. lib. 2. num. 41.
Et alij infra hoc capite com-
memorandi, & ferè omnes re-
lati supra cap. primo in fine.

3 Verum quia ex ratione dubitandi in Sylogistica forma exposita semper conclusionis, & resolutionis veritas clucescit, contra pro ratione dubitandi obijcitur primo text. in l. i. ubemus 29. C. de testamentis, ibi: Quod si non fuerit observatum, & nomen heredis vel heredum non fuerit manu testatoris scriptum, vel voce coram testibus nuncupatum, stare minimè patimur, vel in totum si tota heredum nomina fuerint pretermissa, vel in eius heredis institutionem, cuius nomen neque lingua neque manus testatoris significavit; atque ita testamentum sustinebitur quatum ad nominati heredis institutionem, quavis testator alios heredes instituere optaverit, quos neque lingua, neque manus significavit.

4 Obijcitur secundo textus in l. 2. ff. de hered. instituend. vbi Vlpianus respondet, quod heredes instituti ex partibus, quas adscripsero, nullis adscriptis partibus, ex æquis partibus succedent. At in hoc testamento imperfecta est voluntas, quia videntur instituti sub conditione, nempe si adscripsero, & derelinquit testator quid postea disponendum, nec perfecit te-

stamentum. Ergo ex testamento non perfecto voluntatis ratione institutio sustinetur.

5 Tertio obijcitur textus in l. cum pater 79. §. vicos ff. de legat. 2. ibi: Vicos civitati relictos, qui proprios fines habeant, ex causa fideicommissi non idè minus debere placuit, quod testator fines eorum significaturum, & certaminis formam, quam celebrari singulis annis voluit, alia scriptura se declaraturum promissit, ac postea præventus non fecit. Valet ergo legatum seu fideicommissum in hoc textu, & sustinetur testamentum, quamvis morte præventus testator non declaraverit formam, quam tamè optavit declarare.

6 Roboratur obiectio ex difficili lege si testamentum 8. C. de instit. & substit. vbi testatoris voluntas cum imperfecta sit, quia conditiones, quas adscribere volebat, non adscripsit, veluti ille hæres esto secundum conditiones infra scriptas, tunc si nulla sit adiecta conditio, valet nihilominus institutio, & pro pura habetur, utiturque Imperator argumento, quod Papinianus respondit in dicto §. vicos, quod equidem responsum contrarium omnino est

Mar-

Marcello, & Vlpiano cum reserenti in l. quoties 9. §. tantundem, ff. de hered. instituend. ibi: Tantundem Marcellus tractat, & in eo, qui conditionem destinans inserere non addidit, nam & huc pro non instituto putat.

8 Quarto obijcitur textus in l. final. C. Famil. eriscunda. Et textus in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testamentis, quibus probatur, quod testamentum inter liberos coeptum, & non impletum valet, & sustinetur quantum ad ipsos, si tamen in eo alia sit mixta persona in institutione, quantum ad illam dumtaxat personam permixtam pro nulla habetur dispositio. Ergo testamentum coeptum, & non perfectum in parte corrumpitur, & in parte sustinetur.

9 Sed his non obstantibus conclusio dicta, quæ huius materiæ principalis est, deducta ex Iavoleni responso in dict. l. si quis cum testamentum ab omnibus ad id notata, & à referendis hic præcipue exornata, certissima est. Testamentum etenim ratione voluntatis imperfectum nulla ex parte validum est. Huius conclusionis, & decisionis rationem duplici ex par-

te constituendam esse competentum videtur, cum conclusio ipsa duplex etiam sit: prima, quare sit invalidum testamentum ratione voluntatis imperfectum; secunda, qua ratione omni ex parte, & quo ad omnia invalidum sit. De prima certum est, idè invalidum esse, quia voluntas testatoris est causa efficiens testamenti, quæ totum in eo facit qua deficiente deficit, quoque testamentum, ut capite primo huius tractatus continetur, & capite secundo, vbi quare voluntatis perfectio requiratur in testamento scriptum est. De secunda tamen parte, quare scilicet in totum invalidum sit, diversas referunt rationes Doctores; ex eo tradunt aliqui, quod si huiusmodi testamentum in parte sustineretur, & in parte non, decederet quidam pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod ius nostrum non patitur, lege ius nostrum, ff. de regulis iuris; alij tamen idè testamentum nulla ex parte valere dicunt, quia cum non sit perfectus testandi actus, potuit testator addere conditiones, vel modum, cir-